

IN NOMINE JESU  
DE REVELATIONE DIVINA

*Ex Evangelio Dom. post Circumc., Math. 2.*

PRAESIDE

WILHELMO LYSERO D. & P. P.

*Respondente*

CHRISTIANO Röckert Lub. Sax.

*17. Junij Anno 1629.*

*in Auditorio minori disputabitur,*

*WITBERGÆ,*

*Typis JOHANNIS HAKEN.*



zol. ev. dogm.

91.46


Aus der  
Schloßbibliothek zu Oels  
1885

14142

Sächsische  
Landesbibliothek  
Dresden

HPOOIMION.

THESES I.



EUM lucem inhabitare inaccessibilem  
φῶς αὐτὸν τεστις est Apostolus 1. Tim 5.  
16. Vbi quidem inhabitatio ei non tribuitur  
in se; sed juxta Chrysostomum, ob nostræ  
cognitionis infirmitatis sensum, per ar-  
θρωπονα' Iesav. Cum sicut corpus non est, ita &  
in loco Deus non sit; quod enim in loco est, nō ubique totum  
est, sed minore sui parte minorem locum occupat, & ma-  
jorem majorem; ut ait August. 1, 2. Ep. 6 col. 28. hoc ipsum  
Apostoli adduoens dictum. Quia vero ex corporib⁹ creatis, quod-  
libet & in loco est, & quod nullib⁹ est, id plane non est; ideoq;  
ne à mente nostra plane Deum non esse fingatur, Scriptura ad  
nostram condescendens infirmitatem, Deo locum & habitationē  
multis in locis attribuit, El. 57.15. Ps. 68. 17. Huc ergo verba  
in habitandi, sedendi, adscendendi, descendendi, & simi-  
lia, quæ loci connotationem includunt, pertinent; quæ omnia  
per quendam inveniāv & figuratè Deo tribuuntur.

II. Locus ipse qui Deo assignatur, vel revera vel tantum  
in mentis nostræ conceptus existit: ille potissimum præsentis Dei  
circa illum locum operationem dicit; sic ubiq; Deus esse dicuntur,  
quia potenter omnia ubiq; censervat & sustentat, ita ut si absq;  
hac eis conservatione foret, res ipsæ nullib⁹ essent seu non essent;  
hinc Psal. 104. 29, abscondes facies tuas terrebuntur, des-  
cient יְהוָה ut locus ijs non inveniatur Ap. 20. 11. Pecu-  
liare Deo habitaculum Ecclesia piumq; cor præbet, ibi mansio-  
nem facit gratia sue communicatione, qui modus præsentia gra-  
tiosus dicitur: Ut ita loci attributio Deo facta, præsentis Dei  
operationem in illo loco, & operantis Dei præsentiam nobis dicat,  
sine omni locali inclusione, quæ à Deo alienissima.

Ee 2

III. Vicij-

III. *Vicissim quandoq; locus, qui Deo attribuitur, non re vera existit, sed à mente nostra tantum ita formandus est: atq; ut prior loquendi modus operationem Dei extra se, ita hic posterior Majestatem Dei intra se considerandam potissimum nobis exhibet, ut ita per conceptum externi loci mens nostra ad cognitionem internæ Majestatis & sublimitatis divinae perducatur.* Sic Deo sedes atq; thronus tribuitur igneus, ad Majestatem puritatem & sanctitatem Dei indicandam: Unde Cyril. l.12. Thes. c. 14. *Quando de Deo sedere & sedes aut solium dicitur, nihil aliud intelligitur, nisi principatus & regia potestas, quam naturaliter super omnes habet creature.* Eodem modo lux Dei habitaculum à Paulo dicitur, ut ita simplicitas, puritas, sanctitas, Majestas & gloria Dei spendidissima nobis indicetur.

IV. In accessibilem vero hanc lucem appellat Apostolus, ostendens tantum fulgorem divinae Majestatis esse, ut omnem mentis humanæ cogitationem longissime excedat: adeo ut Angeli ipsi beati illi Spiritus, fulgore lucis illius excellentissime perstringantur, ut facies suas propterea operiant & obtegant Et. 6.2. Infinita enim illa Majestas est, & nulla ergo finita mente comprehendendi potest. Is qui in luce illa inaccessa habitat, solus seipsum perfecte intuetur, & plenissimè cognoscit, ad quam perfectam cognitionem non admittitur, qui non in consortium beati illius habitaculi recipitur, quod soli humanitati Christi conceditur, & creaturis reliquis omnibus denegatur.

V. Culpa tamen omnis illius ignorantiae non Deo, qui lux est & lucidum habitaculum incolit; sed nostræ mentis infirmitati adscribenda: nec enim Deus in tenebris habitat (ut Manichæorum alterum principium, quod tenebrarum Deum dixerunt) ut agnosciri nequeat; sed mentis nostræ imbecillitas tanta est, ut lucem illam ferre nequeat. Absit ergo à nobis, ut presumamus, ingenij nostri viribus ad tantam accedere lucem, sic enim certis

certissima sequeretur exercitatio, idemq; nobis, quod illi quiret  
et a Solem intuetur, contingere, ut plane nihil videre possemus.  
Vicissim vero si nihil de Deo sciremus, actum de nostra salute foret,  
que in Dei cognitione consistit Joh. 17. Deus ergo ex inaccessa  
illa luce exiti, & se nobis quantum ad salutem scitu necessarium  
fuit, revelavit. Atq; hæc revelationis lux non amplius in-  
accessibilis est, sed illuminatis oculis facilis ad eam patet aditus.  
Ut ergo Deum non luce in accessa absconditum sed revelata qua-  
ramus agamus.

## DE REVELATIONE DIVINA:

Revela oculos meos & adspiciam mirabiliam de le-  
getus; peregrinus ego interra, ne abscondas à me præ-  
cepta tua Ps. 119.18..

### ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

VI. Hominis animus ita à Deo creatus, ut in eo sit natura-  
lis scientiae appetitus, quod ipsi etiam Philosophi observarunt;  
& sicut vacuus ventriculus cibum; ita intellectus hominis scibi-  
le ut suum pubulum experit. Cum vero hominis intellectus, no-  
bilissima animæ facultas sit, divinamq; referat originem, qvò  
nobilior scientia eidem oblata fuerit, tanto melius quoq; exatu-  
rabitur: ut enim ignis, ita & intellectus humanus altiora petit,  
in summo ergo quiescit opimè, & qvò scibile quoppiam sublis-  
mius, eò humano animo gratius illog; dignius erit. Nemini  
porro dubium esse potest, de divinis rebus notitiam esse præcla-  
rissimam; divinis enim rebus quid dignius cogitari posset & dis-  
tibuum quoq; nulli esse potest, de divinis per revelationem divi-  
num certissimam oriri scientiam: quid enim eo; qz ad à veritate  
ipsa originem trahit esse posset certius? Rerumq; sumum proin fuerit  
atq; utilissimum de revelationibus divinis agere.

VII. Revelatio divina est actio Dei gratiosa,  
divina scitu necessaria modis olim variis, jam quo-

ad salutem; sola Scripturæ voce, hominibus indicantis. Explicabimus hæc ubi ius.

## REVELATIO DIVINA.

VIII. Απκάλυψις seu revelatio est verbum ἡγεαφον, τὸ  
de divinis sāpē in divinis habetur literis, non tamen uno eodem  
que sensu. De vocatione gentium accipitur Luc. 2. 32. ubi  
Christus dicitur esse lumen ēis απκάλυψιν ad revelationem  
gentium. De apparitione & manifestatione in ultimo  
die futuratum Christi 1. Cor. 1. 7. 2. Thess. 1. 7, 1. Pet. 1. 7.  
13. 4. 13. tum filiorum Dei Rom. 8. 19. tum ipsius judicij Rom.  
2. 5. accipitur; sed nec à scopo nostro aliena. Proprius illa accedit  
significatio, quando de cœlestibus visionib⁹ dicitur 2. Cor.  
12. 1. 7. Gal. 1. 12, 2. 2. Ep. 3. 3. Atq; hinc liber Iohannis Pro-  
pheticus Ap. 1. 1. nomen accepit τὸ Απκάλυψις appellatur, quia  
cœlestibus constat visionibus. Propriissima illa τὸ hoc loco ap-  
tissima significatio est, quando de notificatione voluntatis  
divinæ in negotio nostræ salutis accipitur Rom. 16. 25. 1. Cor.  
14. 6. Eph. 1. 17. χονματισμὸς ex v. 22. & Rom. 11. 4. dicet  
posset, de quo statim plura.

## EST ACTIO DEI GRATIOSA.

IX. Verbo χονματιζουαι Spiritus Sanctus in hoc Evan-  
geliō Mat. 2. 22. τὸ paulo ante v. 12. usus est, quod non tantum  
responsionem & annunciationē, sed divinam originem ostendit.  
Hinc L. 2. 26. ad Spiritum Sanctum refertur, τὸ dicitur aliquid  
μεχερματισμένον, & divinitus nunciatum à Spiritu Sancto.  
Sed τὸ absolute possum in forma passiva in activa enim alias  
significationem habet, ut videre est Heb. 12. 25. Act. 11. 26.  
Rom. 7. 3. si angelus internuncius non expresse adjungatur, si-  
cūt Act. 10. 22. ad Deum authorem immediate refertur: sic  
quod ab ipso Jehovah Mosi dictum fuerat Exod. 25. 16.

40. id

40. id hac voce insinuatur Heb. 8. 5. Pari modo revelatio de di-  
luvio ab ipso Deo Noe facta Gen. 6. 13. eodem vocabulo Heb.  
11. 7. exprimitur. Et χερπαλιτ μὸς dicitur Rom. 11. 4. respons  
sum à Deo, in sibile sura tenuis se manifestante, Eli. datum 1.  
Reg. 19. 12. 18.

X. Ad Deum ergo divinarum rerum revelatio, cœu ad  
primum authorem referenda, non secus atq; visio lucis ad lucem,  
Solis ad Solem. Licet verò internuntijs quandoq; utatur ange-  
lis, cœu in nostro Evangelio bis legimus angelum in somno appa-  
ruisse Iosepho; id tamen Dei iussu factum, atq; ita omnino ad  
eundem referendum. Angelus enim est & dicitur, quia lega-  
tus Dei est, idq; etiam hæc in parte, quando hominibus divina  
revelat. Et legatus certe, omnia actionem suam meritò ad  
principalem refert, atq; hic potissimum ut suprema considerandus  
causa est. Inde tamen hanc distinctionem elicimus, quod reve-  
ratio alia immediate à Deo fiat, alia mediantibus creatu-  
ris internuntijs.

XI. Ut in nonnulli priorem revelationis modum plane ne-  
gant, & statuant, Deum tantum per angelos revelatio-  
nes peregrinare, cum ipsa legis revelatio ad angelos referatur  
Gal. 3. 19. Vid. P. Martyr. in Loc. comm. L. 4. Sed enim  
licet ministerium angelorum in legis promulgatione à nobis non  
negetur: revelatio tamen ipsa atq; elocutio ad Deum ipsum, hi-  
storia Mosaica attestante, referenda est, nec ab Apostolo illic  
negatur. Et qui posset Deus ex præcedentibus cum Mose actio-  
nibus & locutionibus, inter quas & promulgatio legis est, exclu-  
di; cum expresse Exod. 33. 2. 3. ab angelo, loquens cum Mose  
distinguatur, & se nolle porro cum Iraelitis ire, sed angelum  
missurum dicat, Mose vero non intermissis precibus tandem  
obtineat, ut Deus se ducem tineris fore promittat Ex. 34. 11.  
Omnino ergo Deus ipse cum Mose locutus, nec angelis internun-  
tijs semper uetus fuit. Ex visione Esa. 6. idem discriminem ma-  
nifestum

nifestum est, aliter ibi Deus, aliter angelii apparent; alia iti-  
dem Deus, alia angelii loquuntur, nunciant & revelant.

## DIVINA SCITU NECESSARIA.

XII. Objectum hoc divinae revelationis est, res nempe  
divinæ scitu necessariæ. Divinas res hic ratione scientie  
divinae consideramus, atq[ue] illas ita appellamus, quæ soli divinae  
cognitioni subsunt, quæque per intellectum humanum pro-  
prijs non acquiruntur viribus; quod posterius priori latius sed  
prius est principalius. Distinctius paulo h[oc] proponamus: Res  
quædam ita sunt comparatae, ut nullus humanus intellectus ex se  
ad eas assurgere valeat, etiam si omnes intendat vires; quædam  
vero ut humanus quidem intellectus ea cognoscere, sed certo  
modo possit utræq[ue] per divinam revelationem innotescunt. Horū  
omnium tres constituemus classess. Intellectus enim huma-  
nus quædam res non capit. perse. 1. propter corum excel-  
lentiam ut sunt divina mysteria Trinitatis incarnationis &  
reip[ublica] cœlestia 2. propter eorum non existentiam, ut sunt fu-  
tura contingentia, quæ nec in se, nec in suis causis sunt. 3. propter  
absentiam à sensibus, humanus enim intellectus, sensuum mi-  
nisterio circa singularia utitur, quod ergo non prius in sensibus  
fuit, in intellectu esse non potest; ita cordis abdita & longe dissi-  
ta nisi per vocem auditui vel per literas visui offerantur, ab in-  
tellectu cognosci non possunt: sic artificiosa, præterita &c. non ni-  
scertis cum adminiculis cognoscuntur. Illa ergo scire, & h[oc]  
sine adminiculis debitis scire, divinae cognitionis est, & quan-  
do hominibus innotescunt, revelationis.

XIII. Nec vero sine causa scitu necessaria esse, de quibus  
agendum addidimus, ut ita curiositati humanae limites ponamus,  
quæ perversam hanc rationem ab Eva hereditario quæ acce-  
pit jure curiosius quam pars est in divina querendi & divinam  
scien-

scientiam in gradu ulteriore quam concessum appetendi. Necesse  
est ergo illa ex nostra salute & divina voluntate estimanda.  
Quicquid salus nostra requirit, id divina Majestas nos scire vo-  
luit Act. 20. 27. Et quicquid divina benignitas nos scire voluit,  
id ad salutem nobis sufficit. Observanda prein hic omnino re-  
gula Prosperi l. 1. de vocat. gent. c. 7. Quæ Deus occulta  
esse voluit, non sunt scrutanda, quæ autem manifesta fe-  
cit, non sunt neganda, ne in illis illicite curiosi, in his  
damnabiliter inveniamur ingrati. Licet pro in cum Augu-  
stino, non liquet, revelatione cessante repetere; & cum Cy-  
rillo catgch. 6. esserere In his quæ de Deo dicuntur, hanc  
maximam esse scientiam, ignorantiam fateri.

## MODIS OLIM VARIIS.

XIV. Ita Apostolus Heb. 1. 1. πολυμέρως καὶ πολυτεόπως  
olim Deus locutus patribus in Prophetis. Multitudo tas-  
men huic varietatis in certas redigi classes potest. Ordina-  
tio revelatio per verbum facta est, de qua in consideratione  
nostrae temporis, plura dicemus, ad ordinariam revelationem,,  
Ephod sacerdotale, & in illo Urim atque Thummim Ex.  
28.30. referimus per illud enim Deum respondere solitum con-  
stat ex Num. 27.21. 1. Sam. 23.10, 28.6, 30.7. Quid vero  
illa sint valde disceptatur. Nomen Tetragrammaton ex R.  
Salomonis sententia: Lucidissimi lapides immediatè à Deo  
producti juxta Ariam Montanum; Imaguncula & simula-  
chia Christoph. à Castro l. 3. Proleg. in Min. Proph.  
c. 3. sunt omnia mera conjectura duodecim lapides ipsos, alio  
nomine ita appellari, textui vix congruit, cum ab ipsis distin-  
guatur. Sic quod nonnulli putant haec duo verba opere Phrygio-  
nico fuisse pectorali inserta, cum cidari inscriptum fuerit, San-  
ctitas Domino Ex. 28, 36. nil concludit: cum hic modum fabri-  
Ff candi-

candi & sculpturam expresse textus monstrat, quod ipsum de Urim & Thumim non habemus. Cum ergo Scriptura hinc taceat, nos cum Lutherio, in glossa marginali, potius humiliter ignorantiam fateri, quam audacter incertum pro certo venditare voluntus. Hoc interim scientes, responsa Deum interrogatum ordinarie per hoc medium dedisse; vel fulgore, vel via id multiplicibus responsis vix congruit. 1. Sam. 23. 10 30. 7. scripto picturave aut potius voce, quod postremum verbo dicendi in ill. ad. innui videtur: an vero vox haec ex ipso Urim & Thumim, an potius per internam Dei inspirationem à sacerdote prolata sit, ego determinare non audeo.

XV. Extraordinaria revelatio modis facta est pluribus, quædam extra hominem, quædam in ipso homine: Extra hominem facta est 1. In astris Mat. 2. 9, Es. 38. 8. 2. In Elementis Gen. 9. 13. (quamvis hoc ad ordinarias revelationes referri possit) Ex. 14. 20. Jud. 6. 37. 3. In animalibus Gen. 8. 8. & seqq. Num. 22. 26, 28. 33. 4. In igne cum primis saepere revelationes ejusmodi factæ sunt, unde saepius Deum per ignem & ex igne respondisse legimus.

XVI. Plures adhuc dantur revelationum divinarum modi in ipso homine 1. In ejus factis, ut quando sortes fuere projectæ Jos. 7. 14. 1. Sam. 10. 14. Act. 1. 26. 2. In ejus dictis, ut per certa omnia Gen. 24. 12. Iud. 7. 11. 1. Sam. 14. 8. Joh. 11. 48. 3. In ejus oculis, per visiones vel expressas Act. 7. 56. Dan. 5. 5. vel parabolicas, quibus tota Scriptura plena. 4. In ejus auribus per oracula, quæ vel edita per angelos internuncios, Gen. 19. vel immediatæ, idq. tum assumta forma Gen. 18. tum sine ea Joh. 12. 28. 5. In ejus phantasia per somnia Gen. 37. 41. 6. In ejus mente & intellectu sicut Basil. in Es. 7. (egredere in occursum Ahas) pleraq. prophetarum vaticinia edita censem, ubi quidam Mosen immediate, reliquos per species intelligibiles, illuminatos censem.

XVII. In

XVII. In nostro Evangelio somniorum & prophetiae expressa fit mentio. Et somnia quidem quod concernit, natura-  
tia & diabolica non sunt hujus loci: Divina vel fiunt se pore una  
cum insomnio ab ipso Deo immisso Gen. 15.12. vel in somno natu-  
rali, Deus dormientes erudit: quod genus somniorum mixtum  
Iudei vocant, & tale Prophetus frequens exempla in nostro tex-  
tu habemus. Non igitur possumus probare, quod Aristoteles  
in lib. de divinat: per somnum (si modo ejus est) afferit, som-  
nia à Deo non immitti: & si enim non omnia à Deo sint; nec ne-  
cessario nocturnis semper utatur informationibus, attamen qua-  
dam à Deo esse & quandoq. noctu, sed liberrime, immitti, propte-  
re a negari nequit; sive id fiat immediate à Deo ipso sive medi-  
antibus Angelis, & hoc ipsum enim ad Deum referendum esse su-  
pra decuimus. De discrimine vero somniorum vere divinorum &  
falsorum, insignis extat locus Jer. 23.25.

XIX. Prophetia latius patet, & contigit tam vigilanti-  
bus, quam dormientibus; tam per visionem, quam per sermonem;  
& horum utrumq. vel fuit externum vel internum: quædam  
facta est sine extasi, quædam vero in extasi, ubi licet sensus ex-  
terni vel & interni quiete verint, mens tamen integrum mansit, ut  
semper intelligeret & figuræ quæ obijciebantur, quin & quæ per  
illas significabantur, si nō statim per se, saltem post per divinam  
informationem, ut videmus in Pctro Act. 10. Erravit ergo Mon-  
tanus sine intellectu prophetiam fieri dicens Epiph. hæres. 48.  
1. 2. T. 1. cum omnino in visione intelligentia opus sit  
Dan. 10.1. Probe quoq. naturales conjecturæ, vel diabolice præ-  
stigie à divinis prophetis distinguae, quæ cū Robertus Flud  
de Fluctibus Tom. 2. Tract. 1. sect. 2. Port. 1. l. 1. c. 2. per-  
misceat & confundat, in Deum ipsum supremum prophetæ au-  
thorem est injurius.

XIX. Porro prophetæ suas revelatores, non tantum  
in privatam sed publicam quoq. totius Ecclesie utilitatem à Deo

Ff 2

acce-

aceperunt scriptis easdem ergo consignarunt, & Ecclesie reliquerunt, sicq; eorum dicta hic citantur. Primum ex O.s. 11. 1. non per contradictionem, ut Julianus & Apostata blasphemavit, nec per nudam allusionem, quasi Propheta id plane non intendisset; quomodo enim dictum prophetæ impletum tunc fuisset, si plane nihil de eo dixisset: sed typicè & analogicè hoc pacto, ut verba prophetæ ex parte typum Israëlis & quod in membris peractum, ex parte vero antitypum Christum & quod in capite peractum respiciat, quo & peracto demum, perfectum complementum hæc prophetia accepit. Secundum ex Hierem c. 31. 35. itidem de perfecta impletione intelligendum, cum pars illius uitaciniū impleta sit, quando Rahel liberos suos ab Assyriis & Babylonis interfecto sdeploravit; pars vero altera ejusdem vaticinij, quam itidem Spiritus Sanctus & potissimum intendit, in hoc infanticidio implenda fuerit.

XX. Tertium unde petitum sit anxie à multis disquiritur: nos nec ex scripto prophetico amissò, nec extraditione non scripta; cum utrumq; asserere periculosum sit, desumtum putamus. Nec verò ad generalem tantum Scripturæ consensum, propter pluralem prophetarum appellationem, alibi quoq; per Enallagmpositam Joh. 6. 45. Act. 13. 49, 15. 15.) provocamus, cum illud, quod in specie nullibi dicatur, ubi generaliter inveniendum sit, ego nesciam. Sed ex Es. 11. t. desumtum statuimus, ubi Prophetæ diserte Messiam נצָר nomine Evangelista teste, ex irbe educationis desumendo, appellat; & simile hinc per convenientiam nominis à fruticibus desumit. Vbi non negarim propter similitudinem vocum נצָר & נזֶר Mathæum quoque Nazareos respexisse, per Paranomiasam Spiritui Sancto admodum frequentem.

## JAM QUO AD SALUTEM SOLA SCRIP- TURÆ VOCE.

XXI. In ultimis diebus istis, locutus est nobis in filio

Fio, ait idem Apostolus Heb. 1.2. Ultimus ergo & praestantissimus divinæ revelationis modus unicus, reliquias omnibus præponitur. Et si enim in V. T. filius quoq; locutus sit: hic tamen ut persona composita consideratur, ita ut ratione humanitatis Spiritus Sanctus quoq; per eum locutus sit, quod in U. T. locum non habet. Licit quoq; in N. T. Apostoli post filium locuti sint, non tamen aliud, nec alio modo; sed à filio acceptum protulerunt. Ultima ergo divinæ voluntatis revelatio per filium facta est, qui ex sinu patris protulit & nobis enarravit Joh. 1. 18. idque viva voce fecit, cum in terris circumiret, & Apostolos reliquo-rum doctores informaret, Spiritu Sancto dein per Ἰωάννην sug-gerente, quæ Christus dixerat Joh. 14. 26. quod ipsum etiam illi in literas retulerunt, i. Joh. 1. 3. Divino impulsu 2. Tim. 3. 16. & mandatum generali docendi Mat. 28. 19. tum speciali scribendi Ap. 1. ii 19 adid adducti.

XXII. Hinc Scriptura, vocem assignamus; Deus enim primus & primarius Scriptura author, etiam num per Prophetas in eorum scriptis loquitur. Non ergo tantum in nostro Evangelio legimus, dictum aliquid esse per prophetas vers. 23, olim nempe, sed & v. 15. dictum esse per Ioremiā Prophetam dicentem, atq; ita etiam Matthei ad hoc tempore in scriptis loquentem; unde phrasēs Act. 13. 27. voces prophetarum legi per omne Sabbathum. Et omnium clarissime v. 15. τὸ πν̄στερόν τὸ κυρίου δια τὸ περφύτε, λέγοντο, dictū à Domino per prophetam dicentem, vel potius dicente, ut non ad propius sed principalius in hoc loquendi actu verbum referatur. Confer, M. 22. 31. Mar. 12. 26. Luc. 20. 37. & videbis. 1. Doctrinam in Scripturis (v.g. de resurrectione) propositam esse ejus vocem, juxta Lucam. 2. eandem jam in libro lectam fuisse olim Dei vocem ad suos amanuenses, juxta Marcum. 3. hanc vocem & ad nos per lectionem devenire, nobisq; id à Deo dici quod olim ad suos internuncios dixit, juxta Mattheum.

XXIII. Et quomodo alias mandato docendi Apostolis à  
Ff 3 Chri

Christo dato ipsi satū facere possent, nisi per scripta sua id face-  
rent & Imo quomodo cœlestis patris cœlitus delatae voci, hunc au-  
dite Mat. 17, 5. ad quam gravissima comminatio pertinet Deut.  
18, 19. obtemperare possemus, si Christi verbum in Scripturis  
amplius non sonaret? Peccant ergo gravissime, qui Scripturam  
mutam & mortuam appellant literam, quod Pontificij & Enthusias-  
tarum cohors vult, quasi demum per Pontificem aut rapuis  
animanda sit, quæ à Deo, qui ipsa vita, accipit, ut sit vivus & ef-  
ficax sermo, penetrabilior omni gladio anticipi Heb. 4, 12.  
Vocem ergo supremi judicis in hisce agnoscimus literis & verbis,  
quibus cum judicium condemnationis Joh. 2, 48. adscribatur,  
discretionis quoque merito eidem à nobis rectè relinquitur; qui e-  
nim hic illud assequitur, quod illic in extremo die ultima senten-  
tia erit, is à beatitudine aberrare non poterit.

XXIV. Eandem vocem solam in negotio salutis jam  
agnoscimus, cum variis illi revelationis divine modi jam sint sub-  
lati, nec immediate Deus cum hominibus amplius loquitur, &  
omne consilium Dei de nostra salute jam pates factum  
sit. Act. 20, 27, ut ita alijs porro revelationibus, quæ & ultimæ  
quo ad dignitatem conferri non possent, opus non sit. Unde in i-  
psò nostro Evangelio ter ad Scripturam remittimur; & haec Lydius  
lapis, angelice etiam apparitionis probanda, hic ostenditur; à quo  
si revelatio etiam ab Angelo facta discedit, anathema ei dicen-  
dum ex Gal. 1, 8. Cumq; durantibus adhuc extra ordinarijs re-  
velationibus, & Christo ipso in carne prædicante, ad Scripturam  
remittamus Ioh. 5, 39. Lue. 16, 29. 31. Et. 8, 20. quanto magis  
ad illam nunc unicè respiciendum nobis erit. Ab sit ergo ut Ponti-  
ficiem, somnia, nostram rationem & imaginationem, Scriptura  
jungamus, nedum præferamus.

XXV. Hoc interim non negabimus, posse adhuc Deum  
in negotio salutis temporalis; extraordinariè agere & nostro se-  
culo non desunt exempla miraculose à Deo de periculis monito-  
rum vel ab ijsdem e receptorum. Simonis Grynei è A. 1529, Spirensibus  
comitijs

comitij miraculose evocati historia nota est, & fusa à D. Ludovico Rabo part. 7. Martyrologij p. 57. describitur: simile quid hodieque Deum facere posse non negamus. Ipsa Evangelica præsens historia, fiduciam de erectione, etiam miraculosa, si gloriae divinae & nostræ saluti conducat, conformat: sed in negotio salutis æternae unice Scripturae inhærendum.

### HOMINIBUS INDICANTIS.

XXVI. DEUS qui primo divinare revelavit mysteria, idem etiamnum hominibus in suo verbo illa indicat. Iter Ägyptium infanticidum & Nazareum nomen indicavit idem Deus Prophetis per internam allocutionem: indicavit Mathæo per scripta Prophetica, & internam Sp. S inspirationem simul: indicat & nobis, sed tandem per scripta Prophetarum & Apostolorum. Nec tamen aliud DEI verbum in corde Prophetarum Matthæi & nostro hac de re est, sed plane idem, secus atq. Rathmannus garrit. Atq. illud verbum quod notificavit DEUS, non tantum lumen habet objecti, ut mysteria salutis nostræ, omni humanae rationi abscondita, patefaciat & illustret, quod lumen historiæ Rathmannus appellat, satis tenuiter de rebus & origine & materia ac formâ divinis sentiens atq. loquens: sed & subjecti, hoc est tenebras mentis nostræ sua virtute fugat, & nobis novas vires percipiendi & fiducialiter recipiendi, id quod revelatum est, offert & non repugnantibus confert. Quæ de re inscripto Saxonico satis actum.

### Π Φ Α Σ Ι Σ.

XXVII. Faciant dicta ad summam tuam consolacionem. Dicebat uxor Manoah. Jud. 13, 23. si Dominus vellet nos occidere non ostendisset nobis hæc omnia: dicamus & nos si mortem peccatoris vellet DEUS in filio perscriptu ram locutus nobis non fuisset. Nostra enim æternæ salus unicus omnis revelationis scopus. Non terreat nos voluntas quædam abscondita, revelata enim contraria esse nequit, absit enim Deo

con-

converaria esse nequit absit enim ut Deo contrarieat stem, dolum  
fallacia vel hypocris in tribuamus. Ex revelatione quoq; certi,  
de benigna Dei erga eternam nostram salutem voluntate, non  
dubitamus externa nobis non nocitura.: Angeli licet in somno  
tibi non appareant, Scriptura tamen in circuitu tuo eos esse re-  
velavit Pl. 34 8. teq; in manibus portare Ps. 91. 12. certiores ex  
Scriptura de angelorum presentia, quam ex visione proprias hæc  
enim fallere potest; illa, quia Dei veritas, non potest.

XXIX. Faciant ad seriam ad hortationem, ut in fidei  
rebus post Scripturæ jam constitutum canonem, nec revelationes  
nec miracula attendamus, ijsue contra aut præter Scripturam cre-  
damus (jam dudum id contra Petilianum ex Scriptura Augustinus  
demonstrauit) multa ejusmodi finguntur, ipsaque Scriptura.  
ne credamus monet Deut. 13. 3. Mat. 24. 24. 2. Thels. 2, 9. Suspecta  
ergo nobis juxta Gerlonē omnis revelatio, quam non confirmat  
lex cum Evangelio: oremus cum Augustino ne angelus appareat,  
cum sola scriptura ad salutem sufficiat, cum Satan in angelum  
lucis se transformare queat, 2. Cor. 11. 14. cum angelorum appa-  
ritio temere expetatur, quippe que nec verbum nec promissum  
habet.

XXIX. Faciant deniq; ab severam dehortationem:  
ne pruriens habeamus aures. & Schuvermerorum ructus, quos  
contra ordinariam DEI in verbo revelationem evomunt, ijs-  
dem excipiamus. Hoc enim agit Satan, ut Bibliorum codicem &  
verbum prædicatum nobis exterqueat. Hinc ut contemptu illorum  
inducat ad sublimiora expetenda media invitat: quasi vero si  
induratus fores, plus quam Scriptura in te efficeret, Dei imme-  
diata allocutio, atq; in Casino Gen. 4. angeli apparitio, quam in  
Bileam Num. 22. miraculorum ostensio, quam in Pharaone:  
famini immisso, quam in statuam erigente Dan. 3. Nebu-  
cadnezare. Et ipsa Dei vox è monte Sinai quid in populo pre-  
fracto efficit? Tu ergo medijs ordinarijs contentus,  
ijsdemq; non contrarius sis; sic  
beatus eris.

Theol. evang. Dogm. 91, 46